



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et  
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

**Paullini, Christian Franz**

**Francofvrti ad Moenvm, 1698**

L. B. S. P. D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44860**

L. B.

S. P. D.

**S**I nihil in historia purâ & illustri brevitâ dulcius est, docente Cicerone in *Bruto*, *Evermotius* utiq; gratias laudesq; merebit publicas, Præfulum *Altenburgensium* vitas succinctè enarrans. Diu latuit *Conradus* iste squalore obductus in schedis Avi mei materni M. *Francisci Uranii*, Ecclesiastis in burgo crucis ad ripam Vierræ, Viri piè docti & Antiquitatum Germaniæ amantissimi. Sed nunc prodeat, fortunamq; suam, si quâ dignus sit, reverenter habeat. Est & hoc, iudice *Reinero Reinuccio*, in præloquio suo ad *Ditmarum Merseburgicum*, cum utilitatis fructu junctum haud pœnitendo, profecta ab aliorum industria id genus monumenta, si fortè lateant, proferre in lucem, quemque inde contraxere situm, conveniente limâ detergere atque expolire. De autore codicilli non est, quòd specialiora à me expectes. Hoc unum scio, in agro *Lyneburgico* natum & educatum, fuisse Virum doctum ac religiosum, & vixisse adhuc circa AC. MDLXI. Ceterum vale feliciter! Isenaci d. XXVII. Aug. annò MDCXCVII.

**S**emper amas fracidis Veterum impallescere chartis,  
 testis erit facti *Wagria* vasta tui.  
 Nomen inauditum fuit hæctenus *Everemoti*,  
 ast tua penna *Virum* fecit in orbe novum.  
 Faustæ quisquiliæ! felices denique sordes!  
 hunc quæ thesaurum posteritatis habent.  
 Præfulibus dum das *Altenburgensibus* ævum,  
 ipse Tibi vitam sic sine morte dabis.

Quod spondet amicus Amico  
 Jacob van Düren, JC.  
 CHRO.